Sabbatho post diem Cinerum proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

22/II 1670

Golanskie Coniuges Charzewskiemu Debent.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Generosi Thomas
Ob Golanski et Zophia Korzeniowska Coniuges legitimi
sani mentibus et corporibus existentes a Terris distri-
ctibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis pro-
priis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren
Capitan Premyslien Iurisdictioni quoad actum hunc atti-
net se cum Succesoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam
libere publice ac per expressum recognoverunt, et quili-
bet illorum suo pro interesse seorsim, et specialiter praeha-
bita consors vero cum eiusdem mariti sui uti Tutoris Con-
iugalis authoritate et assistentia recognovit. Quia ipsi
ambo in solidum Generoso Ioanni Charzewski et ipsius
Succesoribus Summam Mille florenorum Polonicalium
monetae et numeri in Regno curren quemlibet florenum
grossis triginta Polonicalibus numerando et computando
certi veri iusti et liquidi debiti seu mutuati apud ipsum

per

per SS. Recognoscentem pecuniæ tenentur atq debent. Quam
quidem summam suprascriptam Mille florenorum Polonicalium iidem
Suprascripti Recognoscentes se ac suos succes(so)res in et super bonis
generaliter omnibus hæreditariis et obligatis eius mobilibus et
immobilibus, summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis
eidem Suprascripto Generoso Ioanni Charzewski Creditori
suo eiusq posteris hinc et ab actu præsenti pro die et
Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo
Sexcentesimo Septuagesimo Primo proxime et immediate
venturo realiter et in effectu soluturos et coram Officio Actisq
præsentibus Castren Capitan Præmysliensi reposituros et
relicturos repositamq et relictam rursus ab eodem Officio
non effideiussur nec arestaturos aut alio quovis modo solu-
tionem summæ eiusdem suprascriptæ præpedituros et impu
gnaturos inscribunt et obligant præsentibus. Sub vadio
dio summæ suprascriptæ simili aliorum videlicet Mille flo-
renorum Polonicalium per eosdem Recognoscentes sive
eorum succes(so)res suprascripto Generoso Ioanni Charzewski
Creditori suo aut eius posteris ob non solutionem summæ
suprascriptæ pro tempore et loco superius expressis ad sol-
vendum succumbendo. Inde facta vero summæ eiusdem
Mille florenorum Polonicalium principalis et essentialis
debiti pro tempore et loco superius expressis persolutio
nis extunc provisionem annuam competentem a quoli
bet centum per florenos decem quotannis computando
pro quolibet die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apo-
stoli ad manus eiusdem suprascripti Generosi Charzewski

aut eius Succeßorum dare solvere et realiter ac in effectu reponere et numerare inscribit et obligat praesentibus. Idq[ue] sub vadio cuilibet Provisioni quotannis correspondenti per eosdem suprascriptos Recognoscentes Generosos Goslanskie Coniuges aut eorum Succeßores praenominato Generoso Charzewski ob non solutionem provisionis annualis a summa eadem suprascripta principali provenientis quotannis pro tempore et loco superius expreßis adsolvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua primo ex praemißis non completa complenda summaq[ue] principali cum provisione ab eadem quotannis proveniente non soluta solvenda, citati existentes memorati Recognoscentes aut eorum posteri ad instantiam suprafati Generosi Joannis Charzewski Creditoris sui aut illius Succeßorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio, stare iuri, parere, respondere, vadia praetacta luere, inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suos Succeßores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes earundem consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Succeßorum legatione intra vel extra Regnum, militari servitio ad munimenta ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis, non

differen

differendo. Ad quietationem praeterea ultra sumos Officij praefati Castren. Capitan. Praemyslien. terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis evasionibus suspensionibus, fatalis Juris, proscriptione Terrestri bello conventione que ac alijs quibusuis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec alio quouis modo evadendo. Ita sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Boguski Illrem & Mag[co] cum Lubomirski Subdapiferum Regni Quietat.

886

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibusq Castren. Capitan. Praemyslien. Generosus Joannes a Boguszyce Boguski olim Generosi Stanislai ab eadem Boguszyce Boguski Subiudicis Terrae Sanocen. filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren. Capitan. Praemyslien. Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Illustrem et Magnificum Stanislaum Comitem in Wismicz et Jaroslaw Lubomirski Subdapiferum Regni Scepusien. Capitaneum et ipsius Succes-res de Summa octodecem Millium florenorum Polonicalium per eundem Illustrem et Magnificum Subdapiferum Regni